

149 hypothecâ Feudum affici; quare istud assertum, ubi nulla Consuetudo, vel specifica Constitutio ostendi potest, Dn. Strykii auctoritati relinquimus. Addat. omninò B. Brunemannus, de *conc. cred. dicto cap. 5. §. 53. Carpzov. part. 2. C. 25. D. 1. cum seqq. & Const. 45. Def 33. ibique in addit.* Gosvvinus ab Esbach.

XVIII.

150 Utrum in bonis hominum propriorum, *leibaigener Leuthe*, illorum Domino, ratione Mortuarii, *des Hauptrechts, oder Hauptfalls*, præprimis si illud tantum in re aliqua singulari consistat, tacita competat hypotheca, vel planè Privilegium prælationis, cujus vi ipse, in concursu creditorum talis hominis proprii, viventis vel mortui, aliis ejus creditoribus præferri mereatur? quæstionis est à Manzio, quod quidem viderimus, primùm propositæ, in *centur. Decr. Palat. Q. 23.* ubi illam negativè definire non dubitat. Et cum hîc monitu ulterius necessaria non minùs sollicitè sub incudem vocaverit Dn. Præses, in *tract. Academ. de succession. part. 2. pag. 1042. & seqq. duab.* Quare etiam hanc in Praxi haud dubiè utilissimam συζητησιμ, coronidis loco, hîc solum retulisse nobis suffecerit, qui interim nostro in Cœlis DOMINO, pro hucusque nobis præstitâ paternâ gratiâ grates persolvimus, quas valemus, devotissimas.

TANTUM.

XXX.

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

TACITO PACTO REMISSORIO,  
EX PIGNORIS REDDITONE

PRÆSUMTO

EJUSQUE

PARS PRIOR

RESPONDENTE

LUDOVICO HENRICO REUS, Stuttgart.

CANCELL. WURTEMBERG. ADVOCATO.

Mense Februarii Anno 1703.

SUMMARI A.

*Introitus. n. 1.**Pacti appellatio omnibus patet. n. 2.**Hoc pactum est liberatorium. n. 3.**An sit nudum, remissivè. n. 4.**Tacitum est hoc pactum. n. 5.**Id quod explicatur. n. 6. 7. 8. 9.**Quo respectu hoc pactum sit remissorium, explicatur. n. 10. 11.**Reddere significat retro dare. n. 12. 13.**Definitio hujus pacti. n. 14.*

Divisio.